Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift



76

Babilon autem interpretatur confusio et significat
infernum in quo nullus ordo et sempiternus hor
ror inhabitat. Legimus autem quod ille antiquus
hebreorum populus primus in egypto in luto et
latere seruuit ac deinde multis annis in
currentibus captiuus in babilonem ductus est.
Quid factum quid nobis aliud innuit quam tocius hu
mani generis casum. quod propter peccatum origi
nale a celesti patria exulando in hac uita mor
tali per ignorantiam et concupiscentiam subditum
uiuit. ac deinde post hanc uitam apud infe
ros captiuatur uitiorum. hoc est in babilone
ad aquilonem. scilicet in ille primus apostata
angelus sedem posuit. Sed ordo dignitatis ad
altitudinem arche pertinet ordo temporis ad
longitudinem ordo loci ad latitudinem si
militer et longitudinem. Ad longitudinem
arche pertinet simile est regnum celorum homini pa
tri familias. qui exiit primo mane conducere operarios in u.
s. similiter circa horam tertiam et sextam et nonam
et undecimam egressus et uidens alios stan
tes misit eos in uineam suam. Ad latitudinem
arche pertinet in omnem. t. ex. s. e. et in f.
o. t. u. e. Ad altitudinem arche pertinet illuc